



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis**

**Gilbertus <Tornacensis>**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. XXXXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**



vel de dilectione Christi. Potest igitur thema istud proponi, quod scribitur in Apocalypsi, ex utraque parte fluminis lignum vite afferens fructus duodecim per singulos menses, &c.

## CAP. XXXXVI.

Diem cœnæ sequitur Parasceue Domini, & quid eo die fiat, aperit

Deut. 8.

Matt. 27.

**S**equitur de Parasceue domini, quæ sollemnis habetur, quia illa die Christus patiebatur, & populus qui per lignum fuerat exclusus, reuocaretur. Parasceue autem præparatio dicitur: quia tunc Iudei preparabant cibos, quibus in Sabbato vescerentur. Sicut de Manna quondam dicebatur, quod duplum in sexta feria colligebatur, quia in Sabbato non permittebatur colligi. Circa horam nonam ad Ecclesiam cōueniunt fideles, representantes hoc quod Ioseph & Nicodemus venerunt ad sepeliendum dominum. Legitur autem primò le-

Etia



Etio ex Osea Prophet. Hi scilicet  
 in tribulatio sua manè consurgent  
 ad me, venite & reuertamur ad  
 Dominū: quia ipse coepit, & sanabit  
 nos, percutiet, & curabit nos; viui-  
 ficabit nos post duos dies, & tertia  
 die suscitabit nos. Ibi apertè agitur  
 de Christi resurrectione, ut passio  
 Christi non terreat, quos spes resur-  
 rectionis letificat. Postea sequitur  
 Tractus de Abacuc, qui apertius de  
 passione pphetavit, ubi dixit: Cor-  
 nua in manibus eius. Postea legitur  
 lectio Exod. de agno Paschali, per  
 quod intelligitur immolatio IESV  
 Christi: secundum autem Ioannem  
 passio, hac de causa, quia Ioannes  
 presens fuit, quando Christus in  
 cruce pendens matrem virginem  
 virgini commendauit, vnde con-  
 gruum testimonium ferre potuit.  
 Eadem die fiunt spirituales oratio-  
 nes pro omni statu Ecclesie: quia

Abac. 3.

Exod. 12.

Ioan. 19.

H 3 Christus



- Ioan. 17.** Christus postquam oravit pro discipulis, dixit: Domine, non pro eis rogo tantum, sed pro his qui per verbum eorum credituri sunt in me. In oratione autem quae fit pro Indaeis genua non flectimus: quia ipsi flectentes genua Domino illudebant. Notandum etiam quod illa die corpus Domini non conficitur, cuius plures causae super illud Hierem. 2. rem. Repulit Dominus Altare suum, assignantur. Hec autem causa ad praesens sufficiat, quia illa die hostia sine velamine est oblata. Ideo illa die sub velamine non offertur. Notandum autem quod quando Crux ante populum deferretur, quod tres Antiphonae decantantur, scilicet, Popule meus, quia eduxi te, &c. quod significat triplicem scripturam tituli. erat enim scriptus Hebraicè, Graecè, & Latine. A choro autem tantum respondetur
- Matt. 27.**
- Thren. 2.**
- Mich. 2.**



detur græcè & latinè, quoniã adhuc  
 tertia lingua, scilicet Hebræa filet.  
 Quòd verò Crux eo die discooperi-  
 tur, significat mysteria legis in mor-  
 te Christi esse reuelata. Tenebræ Ioan, 19.  
 autem quæ facta sunt eo moriente  
 significat cecitatem Iudæorū. quod  
 verò os ex eo non est comminutum,  
 significat quòd virtus eius ex passio-  
 ne non est comminuta. Scissio au- Matt. 27.  
 tem veli, reserationem significat  
 figurarum, quasi autem in silentio  
 finitur officium: quia nondum Ec-  
 clesie redditum est caput suum.

CAP. XXXVII.

**P**relibatus quibusdam genera-  
 libus ad Parasceuen pertinenti-  
 bus quædam specialia sunt ponenda,  
 & quædam generalia ad tres dies  
 pertinentia. Primò de speciali-  
 bus. Notandum ergo quòd in die  
 Parasceues Missa non celebra-

Postquã  
 quædam  
 generalia  
 ad Para-  
 sceuẽ per-  
 tinentia  
 descripsit  
 nunc cõ-  
 sequẽter  
 quædam  
 specialia  
 adducit.